



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

30. Quis Principibus, Ducibus, Comitibus, Marchionibus & aliis locorum
Dominis, seu eoru[m] Balliuis & Seneschallis, eorumq[ue] domesticis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

Q. VÆSTIO XXX.

Quis Principibus, Ducibus, Comitibus, Marchionibus & aliis locorum Dominis, seu eorum Balliis & Seneschallis, eorumque domesticis.

Quæstionis explicatio;

Multa de his particulatim habet P. ludanus, & post illum Anthoninus, quæ non paruos scrupulos adferunt, de quibus idcirco puto loquutum fuisse Sotum, cum dixit, *in his parum legi certi, subiectam quæ videntur certiora.*

Responso.

IN primis de iure tenetur (*a*) parochus in cuius parochia resident, propter rationem aliquoties antedictam, verum quia plerique Principum & Dominorum, qui multa dominia habent, solent ire de uno dominio ad aliud, & habere Capellanos, qui ipsis sacram missæ officium faciunt & sacramenta ministrant hodie in usu est, ut illi Capellani sic electi sint illis ad hoc obligati: Balliis vero & Seneschallis prædictorum Dominorum, sicut & eorum familiaribus & domesticis, qui nomine eorum fere semper modo huc, modo illuc discurrunt, tenetur ministrare pastor ille, in cuius parochia pro tempore conceptæ per

stis

itis reperientur, quia eo casu est eorum pa-
stor.

Dices: Cum huiusmodi officiati fere ha-
beant plures pastores in districtu suorum
officiorum commorantes, quis illorum in
hoc casu ministrare tenebitur?

R. Cum Paludano, (a) eum teneri prius
ministrare, in cuius parochia ille decubitus;
Quo deficiente tenebitur vicinior, vel qui
prius ab eo vocabitur.

Q V Æ S T I O X X X I.

*Quis viatoribus, Peregrinis, Mercatoribus ad nun-
dinas proficiscientibus, si per itinera
peste corripiantur.*

Quæstionis explicatio.

Syläester (b) & alii faciunt plures distin-
ctiones inter viatores cum licentia Epi-
scopi, vel sine illa: Sed quia his in locis non
est in usu, ut peregrinantes ad loca sacra vel
alia petant licentiam confitendi vel alia sa-
cramenta recipiendi per itinera, idcirco
loquimur de viatoribus simpliciter, siue
illi habeant licentiam siue non, & queritur
quis illis obligetur, si in itinere peste corri-
piantur.

b verb. con-
fessor. i. q. 1. &

Responsio.

Pastor in cuius parochia reperiuntur dñ

F 2 peste